



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Qu[a]e sacerdos ac clerici obseruare debea[n]t ex synodali admonitione
compendiosè excerpta. cap. 13

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Admonitio sacerdotum

rem. hunc reprobari et abijci oportet, non solum a cōione, verum
et ab honore, cuius particeps vix existere. Quia venerandi prin-
cipis quibus molestiam tentauit inferre, cōtra leges ecclesie.

¶ *Quæ sacerdotes ac clerici obseruare debent: ex synodali
admonitione compendiose excerpta. Cap. 13.*

Ratres charissimi consecratos et cooperatores nostri,
nouit fraternitas vestra, nos (licet indignos) locum tene-
re Aaron, vos autem Eleazari et Itamari: nos fungi vice. 12.
apostolorum, vos autem 72. discipulorum. Nos pastores vestros
esse, vos autem animarum vobis commissarum. Nos de vobis,
vos autem de plebibus vobis commendatis dño nostro Iesu
Christo rationem esse reddituros, vt in die tremendi iudicii in-
ter bonos dispensatores inueniamur. Et ideo charissimi vide-
te periculum vestrum. **¶** Admonemus itaque et obsecramus fra-
ternitates vestras, vt que vobis suggeremus, memorie cōmen-
detis, et opere exercere studeatis. In primis igitur admonemus
et obsecramus fraternitatem vestram: Et vita et cōuersatio ve-
stra sit irreprehensibilis. **¶** In domibus vestris mulieres non
cōhabitent. **¶** Omni nocte ad nocturnas horas surgite.

¶ Officium vestrum horis certis decantate. **¶** Nullus ve-
strum nisi ieiunus missam celebret: et non in vestibus cōibus,
sed sacris: Amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, et casula, vesti-
mentis nitidis, que ad alios vsus non seruiant parati: deuote et
religiose celebret: et in ea corpus et sanguinem dñi cum oī re-
uerentia et tremore sumite. **¶** Corporalia et palle ex limo fieri
debent: et sint mūdissima: que et alia lintea ac vasa sacra pprijs
manibus abluite diligenter. **¶** Altare sit coopertum mundis
linteis, saltem tribus, diuersis: ad quod nulla femina accedat,
aut calicem tangat: et super altare nihil ponatur, nisi reliquie,
ac res sacre, et pro sacrificio opportune. **¶** Missalia, gradua-
lia, lectioſaria, et antiphonaria vestra sint completa et pfecta.
¶ Ecclesie vestre bñ sint cooperte et munde. **¶** In sacrificijs
sue sacrarijs sicut iuxta altare maius sit locus aptus ad infun-
dendum aquā ablutioſis corporaliū, et linteozum, ac vasorum,
et aliarum rerum sacrarum, ac manuū, postq̄ sanctus Christus,
aut oleū cathecumenozū vel infirmozū tractaueritis. Ibiq̄ p̄-
deat vas cū aqua munda, pro lauandis manibus sacerdotū, et
aliorum

aliozum, qui rē sanctam & officium diuinum sunt peracturi, & p-
pe, linteū mundū ad illas abstergendum. ¶ Atria ecclesie sint
bene munita. ¶ Nullus sine scitu & consensu nostro per pote-
statē secularē ecclesiam obtineat. ¶ Nullus ecclesiam, ad quam
intitulatus est, dimittat: & ad aliam questus gratia se transfe-
rat. ¶ Nullus plures ecclesias sine titulo, & extra sacrozū cano-
nicū dispositiones, nancisci presumat. ¶ Nullatenus etiā vna
ecclesia inter plures diuidat. ¶ Nullus extra ecclesiam in lo-
cis non consecratis, aut calcaribus indutus, vel ciltellis extra
pendentibus celebret. ¶ Nullus alterius parochianum, nisi
itinerantem, & tunc de rectoris sui licentia, ad cōionē recipiat.
¶ Nullus in alterius parochia absqz proprii sacerdotis licen-
tia celebret. ¶ In celebratione quisqz calicem & oblata, nō cir-
culo aut digitorū vacillatione (vt quidā faciunt.) sed iunctis, &
extensis digitis, cruce signet: sicque benedicat. ¶ Calix & pate-
na sint aurei vel argentei: non ferri, aut aurichalcei, vitrei, vel
lignei. ¶ Quisqz p̄sbyter clericum habeat vel scholarē, qui cum
eo psalmos cantet, epistolā & lectiones legat, & in missa r̄ndeat.
¶ Ipse quoque presbyter infirmos visitet & reconciliet: & tacta
ap̄lin propria manu cōicet, & oleo sancto inungat. ¶ Nullus
presumat tradere cōionem laico aut femine, ad ferendum in-
firmo. ¶ Nullus pro baptizandis infantibus, suę adultis, aut
infirmis recōciliandis, aut mortuis sepeliendis, p̄miū vel mi-
nus erigat. ¶ Per negligentiam vestram nullus infans sine
baptismo, & adultus sine cōione pereat. ¶ Nullus vestrum sit
litigiosus, aut ebriosus. ¶ Nullus arma ferat. ¶ Nullus ca-
nū, aut auium locis inferat, seu in tabernis bibat. ¶ Quisque
vestrum, quātuz sapit, de euangelio dominico & ceteris festiuis
diebus suę plebi annunciet. ¶ Verbum domini p̄dicatē.
¶ Curā pauperū & peregrinorū, viduarū, & orphanorū habe-
te: ipsosqz peregrinos ad prandium vestrum vocatē. ¶ Estote
hospitales: alijs exinde bonum exēplum p̄bentes. ¶ Singu-
lus diebus d̄nicis ante missam, aquam, qua populus aspgitur,
b̄ndicite: ad q̄ vas proprium habetote. ¶ Clasa sacra & vesti-
mēta sacerdotalia nolite negotiatori, aut tabernario in pignus
dare. ¶ Adinus digne penitētē cuiuscunqz rei gr̄a ad reconci-
liationē nō adducit: nec ei reconciliationis testimoniu perhi-
bete,

Admonitio sacerdotum

bete. **C** Usuras non exigite. **C** Nec facultates vestras post ordinationem vestram acquiras alienate: quoniam ecclesie sunt. **C** Nullus est res, possessiones, aut mancipium ecclesie vendere, commutare, aut quocumque ingenio presumat alienare. **C** Nullus decimam alterius recipiat. **C** Nullus penitentem carnem manducare, aut vinum bibere inuitet: nisi pro eo tunc eleemosynam fecerit. **C** Quisquis fontes baptismales lapideos habeat bene mundos: quos si habere non poterit, vas aliud ad hoc opus solum deputatum teneat. **C** Omnibus parochianis vestris Symbolum et Orationem dominicam, et ieiunia quatuor temporum, et alia ecclesie mandata significare obseruanda. **C** Ante quadragesimam quarta feria populum ad professionem admonece, et confessis iuxta qualitatem criminum penitentiam iniungite. **C** Tribus temporibus in anno. in natali domini, pasche, et pentecostes, omnes fideles accedere ad communionem corporis domini nostri Iesu Christi inuitate: et ne desint quin saltem in pascha communicent. **C** Certis temporibus coniugatos ab uxoribus abstinere exhortemini. **C** Nullus vestrum rubeis, aut viridibus vestibus utatur. **C** Diem dominicam et ceteras festiuitates absque opere serui a vespera ad vesperam celebrari docete. **C** Cantus et choreas mulierum in atrio ecclesie fieri prohibete. **C** Incantationes super mortuos nocturnis temporibus a vulgo fieri conuictas, sub obtestatione Dei omnipotentis vetate. **C** Cum excoicatis nolite conuicere. **C** Nec quis vestrum: vel in eorum presentia celebrare presumat: quod etiam plebi nunciote. **C** Et quod nullus ex plebe uxorem domum ducat, nisi prius nuptie temporibus ab ecclesia permissis publice fuerint celebrate. **C** Quo nullus ad raptam, vel consanguineam accedat, aut alterius sponsam ducat, omnibus prohibete. **C** Porcarios et alios pastores saltem dominica die faciatis vocari ad missam. **C** Paternos, ut filios suos Symbolum et Orationem dominicam doceant, aut doceri faciant exhortamini. **C** Sacramentum eucharistie, sanctum chrisma, et oleum cathecumenorum, a sanctum seu infirmorum, in ecclesia in loco mundo decenti et securo sub sera et fida custodia diligenter seruate. **C** Quisquis vestrum expositionem Symboli, et Dionis dominice iuxta orthodoxorum patrum traditionis penes se habeat: easque, ac orationes missarum et epistolas et euangelia, et canones bene intelligat:

Diuisio totius libri

Intelligat: ex quibus predicando populū sibi commissum se-
culo instruat, maxime nō bene credentem. **C** Introitus mis-
se, orationes, epistolam, graduale, euangelium, symbolum &c.
non secreta, sed alta & intelligibili voce proferat. Secreta ve-
ro & canonē morose & distincte submissa voce legat. **C** Psal-
morum verba & distinctiones regulariter cum canticis con-
fectis intelligibiliter pronuntiet. **C** Symbolū Athanasij de
Trinitate & fide catholica memoriter teneat. **C** Exorcismos
& orationes ad cathecumendos faciendos, & reliquas preces
super masculum & feminam pluraliter, vel singulariter respe-
ctiue distincte proferat. **C** Ordinem baptizandi, & ad succur-
rendum infirmis, reconciliationis, & cōmendationis anime,
& in agendis exequijs defunctorum, iuxta modum canonici
obseruet. **C** Exorcismos ad benedictiones salis & aque perti-
nentes legat. **C** Cantum diurnū & nocturnum sciat. **C** Cōpu-
tum etiam minorum ad inueniendam literam dominicalem,
tēpus interualli diei Pasche, & maiorum mobilium festorum
non ignoret. **C** Martyrologium integrum habeat. Et per
hec & alia bona opera vna cum populo vobis credito perse-
cuta beatitudine perficiamini: Presentante domino nostro Iesu
Christo; cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

C **Finunt preambula presentis operis.**

C **Diuisio generalis totius operis
in tres partes.**

C Prima pars continet, quemadmodum sacerdos curatus
debeat ecclesiastica sacramenta ad eius ministerium perti-
nētia, & illis annexa, adiūcta, & accidentia debite cōficere,
ministrare, conseruare, & ad salutem anuarum exhibere.
C Secunda pars continet, qualiter sacerdos res ad eius offi-
cium spectantes benedicere & sanctificare debeat.
C Tertia pars cōtinet, qualiter sacerdos processiones, & alias
ceremonias diuersis tēporibus, diebus, & euentibus accom-
modas perficere habeat, cum exorcismis demoniacorum,
computo ecclesiastico, & cantus breui informatione.

B Tra-